



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus VIII. De conjugio leprosum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

gare Paleor. in *Tract. De nobis et spur.* cap. 46. num. 4. qui vult tantum agi ibi de natis ex putativo matrimonio: verum rectius dici, ad omnes pertinere spurios *d. cap. 5.* decisionem, quia nititur jure naturali, quo mandatur educatio liberorum. Et facit, quod matrimonium de quo *d. c. 5.* non possit dici putativum, cum contra legem sit initum; & non tam subsit ignorantia facti, quam juris, quæ non excusat, nec facit poni matrimonium putativum, quod ponitur per justam facti ignorantiam, de qua *ios. Qui filii sint legit.* Denique si putativum foret, frustra moveretur questio de ns alendis, cum tales succedant in parentum hereditatem, ut dicitur infra *Tiz. 17.*

TITULUS VIII.

De conjugio leproforum.

SUMMARIUM.

1. Lepra superveniens solvit sponsalia.
2. Non etiam matrimonium.

Lepra superveniens dat causam irritandi sponsalia, *c. fin. hoc tit.* Ratio consistit in metu infectionis, qui merito facit invitum. Idem non operatur lepra præcedens, si fuerit præcognita, quod sibi imputare debeat, qui cum infecto contraxerit. Aliter se res habet, si ignoraverit, *arg. cap. Quæmadmodum sup. De jur. jur.*

Matrimonium per lepram supervenientem ² minimè dissolvitur, etiam non consummatum, *cap. 1. hoc tit.* nequidem quoad thorum, *cap. 2. hoc tit.* Quod tamen temperandum videtur nisi subsit probabile periculum infectionis, cum nemo se obliget ad matrimonii contractum, nisi salva vitæ incolumitate, & ita temperandum, secundum plerisque, *d. c. 2.* Neque enim Deus est tentandus, *can. Si nulla xxxii.* ⁷ Licet autem eo casu liberetur à debiti redditione, non tamen ab aliis servitiis, quæ sine periculo vitæ præstari possunt. Vide Barbosa *ad Rub. D. Solutio matrim. p. 2. n. 28. & 29.* Idem sentiendum de morbo Gallico, aut simili, quo alter laboret, ex rationis paritate. Navarr. in *Summa c. 21. num. 27. casu. 8.*

TITULUS IX.

De Conjugio servorum.

SUMMARIUM.

1. Impedimentum dirimens ponit errorem personam.
2. Vel circa personam conditionem.
3. Nisi quis scienter cum serva contrahat.
4. Jure Canonico tenet matrimonium irritum.
5. Partus sequitur conditionem contractus.
6. Error circa personam cum avaritia concubinans dirimit matrimonium.
7. Idque jure naturæ.
8. Error circa alias qualitates non dirimit.
9. Quod tamen limitationem recipit.
10. Dolus interveniens an irritum faciat matrimonium?

Impedimentum dirimens ponit errorem contingit vel circa personam, ut quis putat se ducere sejam, quæ est primogenitam, & obtruditur ei secunda, & impedit matrimonii contractum propter defectum consensus in personam, non possit dici consensisse in personam, si animo non concepit, *arg. l. In contractu. De contrah. empt.* Quod si error est, ut ne quidem S. Pont. efficere potest tali errore matrimonium initum, non potest supplere consensum. Vel circa personam conditionem, ut quando quis contrahere cum persona libera, quæ est qualem contractum, post leges civiles. *De nupt. 22. §. si verò ab initio.* Et ob hoc irritum, propter errorem circa personam qui gravior est, & omnem consensum dirimit, *cap. 2. & fin. h. t.* Dico Becelesiasquis non jure naturæ non irritari, cum simpliciter solute non impediat liberum matrimonium, sed tantum certis temporibus, & contractus hic sit simpliciter voluntarius, cum contrahatur in hanc personam. Licet irritum sit adjunctum ratione qualitates, non facit involuntarium simpliciter, ut patet.

Scienter cum serva contrahens, habet